inſtantius ut ab omni peccatorum ſpino
ſitate me abſoluas. et in numero
electorum tuorum me minima ſaltem membra
computare digneris. Amen.

Oratio deuota a ſacerdote ante celebra
tionem libenter dicenda.

Deus fons pietatis et bonitatis
origo qui peccatorem non ſtatim iudicas ſed
ad penitentiam miſericorditer exſpectas. Te queſo
ut facinorum meorum ſqualores abſter
gas. et me ad peragendum iniunctum
officium dignum efficias. ut qui al
taris tui miſterium ſuſcepi indignus
et ago trepidus. ad illud perficiendum
reddar ſtrenuus. et inter eos qui tibi
placuerunt ſacerdotes inueniar iuſti
ficatus. illius quoque frequentatione effi
ciar dignus. quod ut frequentare ſuſ
cepi indignus. Per xpm dominum n.

Oratio beati Jheronimi a ſacerdote poſt
miſſam legenda.

Eya deus meus parce michi miserrimo
peccatori dimitte omnia peccata mea
parce michi indigno sacerdoti et dimitte
omnia errata mea. et nunc ~~specialiter~~ specialiter
parce michi piissime deus quod ad sanctissima
altaris tui misteria accessi tam indevo
te et irreverenter. parce michi benignissime
deus quia in hac sanctissima missa
tam sum incaute et negligenter. Parce
michi clementissime deus quod de sanctis
sima missa totiens recessi tam ingra
te et indecenter. Ey domine deus omnem
indignitatem et omnem impudentiam. omnem
indevotionem et irreverentiam. omnem in
curialitatem et negligentiam. omnem
ingratitudinem et indecentiam meam circa
tuum reverentissimum sacramentum. et omnia
errata mea parce michi ignosce michi
per tuam misericordiam in eternum. Amen.

Oratio eiusdem ante post communionem dicenda

Gratias tibi ago dulcissime
pater. qui me indignum peccatorem